

zlaum nuntios mittit precipiens, qui eos moneant, quatinus terras, quas ab eo habent, fidei ei sub iuramento promissae memores, in pace teneant, nec illorum exulum ¹⁾ prauo consilio acquiescant. Domnum autem Heinricum, Morauensem episcopum, in quo plurimum eius pendebat consilium, ad Ottonem, principem Olomucensis provincie, mittit, cuius consilio patrium ei principatum reddiderat et eum monet et fraterne rogat, quod tante gratie eius non sit inmemor, quod nullo eius preueniente merito, sed sola eius gratia ducem tanti ducatus eum constituit, et quod consilio domni Chonradi et eorum, qui ad eum de Boemia confugerant, nullomodo acquiescat, sed pro honore eius armis et uita tuendo, secundum quod debet, stet fideliter. Quod si facere uelit, ei promittit, quod quamdiu uiuet, pro honore suo tuendo gladius suus, si opus esset, ei non deerit. Ipse autem tanti presulis, tanti patris et aliorum prudentum uirorum spreto consilio more Roboam iuuenem audiens consilium supradictis uiris adhesit nefariis. Quid plura? princeps Chonradus inuisibiles gusos, uidelicet ducatum Boemie, mente concipit et tantos aspirat obtinere honores. Fortissimi undique parantur exercitus; dux Waladizlaus ne tantum ducatum, uidelicet Boemie, amittat, Conradus, ut eundem ducatum obtineat, quod nec pater eius mente aspirare ausus est, sacrilego ausu contra dominum suum arma sumit. Eis introitus Boemie patuit, sed dum fere in medium Boemie peruenissent, eos dux Waladizlaus ultra procedere non patitur, sed in monte, qui Vizoca dicitur, eis cum exercitibus plurimis occurit ²⁾).

Aduenit itaque VII Kal. Mai dies illa, dies luctus et miserie, dies, in qua in Boemia plus quam ciuile bellum ortum est, dies, in qua dux Waldizlaus cribrauit sibi fideles sicut triticum. Cum etenim uexilla rosea, signa bellica, sibi inuicem iam de prope minarentur uictoriam, quidam nobiles perfidi, quia nondum fex eorum erat exinanita, in ipso congressu de exercitu predicti ducis W[ladizlai] effugiunt, signa conducta dantes et sese alta uoce esse iam per omnia uictos clamantes. Quid igitur? dux Wladizlaus et fra-

teré od něho mají, v pokoji drželi a zlé rady těch uprechliků nedbali. Pana Jindřicha, biskupa moravského, jehož rada velmi u něho vážila, poslal k Otovi, knížeti kraje Olomúckého, jemuž k radě jeho vrátil byl knížetství otcovské a napominal jej a prosil bratrsky, aby nebyl takové milosti jeho nepamětliv a že ne pro nějakou jeho zásluhu ale z pouhé své milosti učinil jej knížetem takového knížetství, a aby se nijakž nedržel rady pana Kunrata a těch, kdo k němu z Čech utekli, nýbrž aby při něm stál věrně, zbraňmi a životem jej chráně, jak to býti má. A to kdyby učiniti chtěl, slíbil mu, že jak dlouho bude žiti, k ochranění cti meč jeho nikdy mu nebude scházeti. Ten však opovrhnuv radou takového biskupa, takového otce a jiných mužů moudrých vyslechl jako Roboam radu lidí mladých a přidržel se nešlechetných mužů napřed zmíněných. Co více? kníže Kunrat vštípl si do mysli neviditelné přeludy, totiž vévodství české, a snažil se dosíci takovéto hodnosti. Přesilná s obou stran vystrojovali vojska, kníže Vladislav aby takovéhoho knížetství t. j. Čech neztratil, Kunrat, aby knížetství toto obdržel, o něž ucházeti se ani otcí jeho v mysli nepřipadlo, chopil se zlopověstně zbraní proti pánu svému. Příchod do Čech stál jim otevřen, ale když skoro až do prostřed země přišli, nedal jim kníže Vladislav dále táhnouti, ale na hoře, která Vysoká sluje, postavil se jim s přechetnými voji svými naproti.

I přišel tedy den 25 Dubna, den to smutku a bédování, kterého vznikl v Čechách boj více než občanský, den, kterého kníže Vladislav převalil si své věrné jako pšenici. Neboť když mu růžové korouhve, znamení to jeho válečná, jižž blízké vítězství věštily, dali se někteří věrolomní pánové z vojska dotčeného knížete Vladislava v okamžiku útoku na útek, dávajíce jistá umluvená znamení a volajíce velkým hlasem, že již jsou docela přemoženi; neboť nebyl z nich kvas ještě docela vyčistěn. Co tedy? kníže Vla-

¹⁾ exilium 1. — ²⁾ V Čáslavsku od Kutné Hory k západu mezi Suchdolem a Malešovem. Srov. Palackého Dějiny nár. Čes. I, 2, str. 29.